

*α χ ω!*  
*Nil metuas morbum Psychosomatakestore CHRISTO,*  
*Fide DEO, pia mens! panaces ille tuum.*

Pio hoc incitabulo animam suam sæpius à metu avocare & ad fiduciam excitare, necesse habet, qvi aliorum super alia partim impendentium, partim prementium acervatorum malorum cumulum attentioribus oculis contuetur. DEO æternæ à nobis debentur gratiæ, sicut pro omnibus beneficiis, ita & pro hoc singularit, qvòd non tantum pestiferam luem adhuc à nobis defendit, sed etiam, malum patriæ nuper imminens sic clementer avertit, ut ex morbo redeunte

*ILLUSTRISSIMAM COMITEM AC DOMINAM,*

**DN. ÆMILIAM JULIANAM,**

Comitem Schvvarzburgi & Hohensteini,

Natam Comitem de Barby & Mylingen, Dominam Arnsteti, Sondershufæ, Leutenbèrgæ, Lohræ & Clettenbergæ,

*PATRIÆ MATREM OPTIMAM,*

*SCHOLÆ NUTRICEM MUNIFICENTISSIMAM,*

*SALVAM FECERIT REDUCEM.*

Hoc Evcharisticum DEO fostrum & census numisma Schola provinc. Schvvarzb. publicè offeret

*CELSE ILLUSTRISSIMARUM MENTIUM QUATERNIONI*

Prosperitatem perennem, vitam prolixam apprecando, cum duo adolescentes ordine adscendente, proponent, quæ spemqve metumqve inter dubii, precibus tamen intenti cum essemus, meditabantur, & quidem

*DE METUS NATURA, SUBJECTO, OBJECTO, CAUSA*  
bonum & necessarium movens

**JOH. FRIDERICUS Kellner / Rudolstadiensis;**

*DE FIDUCIA IISDEM CIRCUMSTANTIIS SPECTATA*  
excitare Christianam annitens

**ALBERT ANTHON Rothmaler / Rudolstadiensis,**

Illustris beneficii singularis ex clementissima denuo divinitus roborata manu alumnus  
Psalmi XCI. paraphrasin ligatam Græcam annectens

*Ad diem XXV. in Audit. Maj. med. Xma.*

Ad qvòd παθολογικὸς χαρακτὴρ exercitium, qvotqvot sua honorifica præsentia dilectibus παῖσι ad alacritatem esse juvat, vacat; debita observantia, reverentia, humanitate invitatur

cum DN. RECTORE

**JOH. CHRISTOPH. TREUNER, C. C. P. ConR.**

continuata exhibens Casarologiam.

Rudolphstadii, Literis FLEISCHERIANIS, 1680.

IMPERAT. Occident. Nomina, Elogia,

Sec. X,

Saxoniae à Francis ætas dat <sup>a</sup> *ferrea* fasces.

Francus marte ferox <sup>b</sup> CONRADUS reppulit Hunnos,

Saxo <sup>c</sup> HENRICE *Auceps!* Te Urbes, Mars, Marchia, clarrant.

<sup>d</sup> MAGNUS & Henrici, Par Patri Filius OTTO,

<sup>e</sup> *Pallida mors Saracenum* durior OTTO secundus.

<sup>f</sup> *Tertius* OTTO puer, sapiens, Mirabile Mundi.

a. Seculum hoc ob boni sterilitatem, ferreum; ob vitiorum gravitatem, plumbeum, ob virorum celebrium raritatem, obscurum. b. Extincta cum *Ludovico IV.* Stirpe Carolina *Conradus I.* Francorum Dux ab *Ottone* Saxoniae duce consensu *Hattonis* Moguntini Archiepiscopi Imperator denominatur, ab Hungaris Germaniam liberavit; sed ab *Henrico* Saxone, *Aucepe* postea dicto, (*Aucupis* *Aucupio* nomen ab arte tulit) tanta clade ad Mersburgum victus, ut Saxones proverbio quærerent: *Ubi tantus inveniri posset infernus, qui tot casus Francos caperet.* Nihilominus salutem publicam inimicitiae præferens, & virtutem etiam in hoste admirans *Conradus Henricum* successorem nominavit. c. Ad hunc sequentia referuntur: 1. Marchias & Marchiones instituit. Horum quidem dignitas & officium, jam tum sub *Carolo M.* sum sit initium; sed sub *Henrico Aucepe*, dem *Sinckler* / orta Marchia Slesvicensis victo *Gormone* Danorum R. quæ postea in Episcopatum, mutata. 2. Brandenburgensis, postquam urbs *Schörlitz* / postea *Brandenburgum* dicta, in quam Vandali victi confugerant, fuit expugnata. 3. Contra Bohemos, Polonos, & Silesios Marchia Misnensis & Lusatia instituta. 4. Contra Hungaros Orientalis Marchia Austria. 5. Oppida in German. (cum primis Saxoniam) hinc inde condere & munire coepit nono quoque agricola ex pagis & agro in urbes recepto, qui à reliquis agricolis aleretur. Ex pagis ergo oppida faciens Germaniam in tres status divisit: *Nobiles, Cives, Rusticos.* Nobiles exempti erant ab omnibus oneribus, sed tenebantur suo sumtu militare; quinque cives tenebantur alere sextum, & octo rustici nonum in militia, qui delectus ab eo tempore vocatur

Der

der Ausschuß. Et differentia inter Bürger & Ballren cœpit. Hinc factum, ut multi vici oppidorum privilegia acciperent & mœnibus cingerentur, & nundinæ in oppidis fierent. 6. Cataphractorum Equitum ludos instituit, quorum prima solennitas Magdeburgi celebrata. 7. Bohemiam & Lotharingiam imperio subjecit. Archiepiscopatum Magdeburgensem instituit. 2. Episcopis primus potestatem secularem concessit, ut ex eo tempore duplicem sustineant personam, *secularem & Ecclesiasticam*. Hic primus Imperator *Romano Germanus* dicitur, quia hujus demum tempore Cæsareus titulus & cum eo jus in urbem Romam & Pontificem ad Germ. Remp. translatus fuit. Ludos Equestres (*Tornamenta die Turnier/*) in Germania primum instituit: qui ortum habere videntur ab Aenea & Julo olim *Troia* seu *ludus Troie* dicti. (Virg. 5. Æn. v. 661.) In torneamentorum legibus erat, ut si quis manifesto reus sit, vel impietatis contra Christianam fidem, vel læsæ Majestatis, vel raptus & violentæ expugnationis virginum, adulterii, homicidii aut similium flagitiorum publicè vapulans ejiciatur. (Leges, & earum autores vid. in *Münster. Cosm.*) quod ab Athletis vett. fluxit, qui, antequam ad certamen descendere fas esset, examinati à præcone per omnium ora traducebantur: *Estne, qui hunc accusare velit?* (quo respicit S. Paulus I. Cor. IX, 27.) Non tantum autem à Principibus Electus; sed etiam Aquisgrani coronatus fuit ab *Hildeberto* Moguntino. (Triplex *Corona Cæsarea* notanda: 1. *Lombardica* seu ferrea, quod in superiore habeat laminam ferream, ita dicta. 2. *Romana* Tiaræ non absimilis, gemmis interstincta. 3. *Germana* aurea, quæ electis Imperatoribus Aquisgrani imponitur) e. Ita dictus in instaurato feliciori contra Saracenos bello, quam prius erat: In quo à Piratis captus LINGVÆ GRÆCÆ beneficio, cujus peritus erat, evasit. In Vaticano principes exitiali convivio excepit, inde *durus & sanguinarius*. f. Otto das Kind ob sapientiam, quæ puer X. annorum florebat & *mirabilia mundi* dictus. Ad Ottonem III. referunt quidam *Electorum VII.* originem: De hac *Jac. Aug. Thuanus* lib. II. sub init. ita: *Viri Germanicorum Annalium fide edocti sentiunt, diu post Ottonem III. Imperatores à principibus fuisse renunciatos & ante Friderici II. Imperium, qui An. 1250. è vita migravit, nullam VII. virorum mentionem à scriptoribus Germanis fieri, ut eam VII. virorum institutionem inter Annum 1250. & 1280. cœpisse necesse sit: VII. virorum institutionem Ottoni III. acriter etiam asserit Geuvoldus; sed hoc incertum, ostendunt, D. Strauch. Disp. Exot. 2. §. 1. D. Conring. de VII, viris §. 23. Carpzov. de L. R. c. 10. alii. Vid. etiam de ingente hac lite Reinick. de R. S. I. I. CI. IV. c. III. p. 356. verbo: A Carolo IV. demum in Aurea Bulla confirmati, qui paulatim ad eligendum Imperatorem ad hunc numerum redacti.*

)0( 2

IMPE-

IMPERAT. Occident. Nomina, Elogia,

Sec. XI.

<sup>a</sup>  
HENRICUS *Sanctus*, nex hostium, *Apostolus Hunnūm*,

<sup>b</sup>  
Imperiumqve Heduis CONRADUS-SALICUS auxit;

<sup>c</sup>  
Sceptra creant Papas HENRICI agnomine NIGRI;

<sup>d</sup>  
Hellsbrandi HENRICUS QUARTUS pila Tragica Papæ.

a. Sanctus à continentia, quam multi è Pontificiis sic ei tribuunt, ut eum cum Kunegunda Sigfridi Comitis Palat. filia scribant *multis annis sine bile, sine crimine, sine macula & querela vixisse, & fato proximum virginem eam reddidisse dicendo: accipite hanc virginem, quam mihi dedistis uxorem.* Verum ut castitatem conjugalem ei libenter concedunt Historici, ita absurde ἀγαυον inter eos comminiscuntur conjugium, ut plane ἀζύγης & sejuges faciant. Eandem fidem fabula meretur, qua Cunegundam vomeribus ardentibus institisse, sed illæsam mansisse fingunt. Expeditiones ipsius variæ. 1. In Italiam contra Arduinum Pseudo Imperatorem, quem vicit. 2. In Italiam, in qua Ticini Claudus fit & postea dicitur. 3. In Italiam, qua Saracenos opprimit. *Henricum & Theodoricum* conjugis fratres rebelles fudit. *Boleslaum* Polonum rebellem persecutus; ad officium redire coëgit. *Apostolus Hungarorum* dictus ideo; *Giselam* sororem formosissimam eo tempore ab Hungarorum R. Stephano in matrimonium per pictores effigie cognita (*ecce mos antiquus conjugium prævisa effigie ineundi!*) in matrimonium petitam concedere prius noluit, quam baptisatus religionem cum suis subditis amplecteretur. Quod & fecit, ut ex eo tempore *Hungari* sint Christiani. b. Conradus Constantis & imperterriti animi Princeps *Burgundiam* olim *Hednorum* sedem, (cum 144. annos Reges decem habuisset, in Rudolfo desisset) imperio restituit, ex eo tempore Imperatores jura & titulum Regni Arelatensis usurparunt, quæ Carolus IV. alienavit. Vid. Strauch. disp. exoter. 1. §. 2. p. 2. *Stephanum* Hungariæ R. Bavariani sibi vindicantem debellavit, seditionem in Italia extinxit. Jus Majestatis sibi confirmavit, ne posthac Pontifex sine sua autoritate crearetur, tres Pontifices, *Clementem, Leonem & Victorem* nominavit; *Ultimus*, qui tyrannidem Pontificis compescere potuit. d. Contra monitum Tiberii apud Tac. IV. Annal. c. 17. §. 3. *Ne quis mobiles adolescentum animos præmaturis honoribus ad superbiam extollat, ne gliscat in malum insolentia.* Puer sexennis factus est Imperator, cum quo imperatoria dignitas concidit & Tyrannis Anti-Christi ἀκμὴν consecuta fuit. A proceribus Impe-

Imperii astu tutelæ matris subductus & venationibus suoque arbitrio permissus cogitur fortunam belli experiri inexpertus. Quantum adultores principibus adolescentibus noceant, docuit pessimum dogma *Adelberti* Archiepiscopi Brement. quo tenerum hujus animum imbuit: *Fac omnia, quæ placent animæ tuæ hoc solum observans, ut in die mortis in recta inveniaris fide. Stultum est Principem non in omnibus satisfacere desideriis Adolescentiæ suæ.* O venenum stygium stygio igne luendum! Saxones durius tractavit, Principes & Episcopi se defendunt, capiuntur, elapsi ap. Gregor. VII. Pap. accusant, papali fulmine territus asperrima hietur, Italiæ pedes adiit, jejunos ad vesperam quarto demum die ad Papam admittitur, in pedes projectus anathemate liberatur: propterea à proceribus contemptus, imperioque spoliatus dixit ad Episcop. Spirensis: *Da mihi præbendam apud Spiram, ut sim famulus Domine Dei mei Genetricis. Novi enim litteras & possum subservire choro:* Ad quæ Episcopus: *Per matrem Domini, quæ petis, non faciam.* Tunc Cæsar suspirans ad circumstantes: *Miseremini mei vos tandem amici, quia manus Domini tetigit me.* Bis & sexages Henricus in acie stetit, Tragœdiam suæ vitæ scripsit, monens omnes Principes, ut sibi à fraudibus & jugo Sacerdotum Pontificorum caverent. Dux Hæreses tunc enatæ *Henriciana*, quæ non temporalia tantum, sed & Spiritualia Regibus subiecta esse voluit; *Hildebrandina*, quæ Pontifici temporalia æque ac spiritualia subdidit. Rudolphus Dux Sæviæ contra eum electus pugnans manum dextram in bello amittit, quæ decumbenti sibi allata, exclamavit: *Ecce hæc manus, quæ Domino meo Henrico fidem sacramento firmavi, q. d. mihi ceu perjuro justâ Dei pœnâ manus est resecta.* Sicut enim in juramento manus elevatur, ita perjuris Longobardorum legibus manus amputabatur: Usque ad tempora Henrici IV. regnum Germaniæ Electitium semper aliquid habuit hæreditarium ab hujus tempore redditum mere electitium occasione tumultuum. Conring. de Imp. Rom. Corall. 2. Filios rebelles est expertus, cum primis Henricum (postea Imper.) perjurum.

*IMPERAT. Occid. Nomina, Elogia,*

Sec. XII.

<sup>a</sup> Perjuri HENRICUS nati fert præmia QUINTUS;

<sup>b</sup> Marte domas urbes LOTHARI SAXO, rebelles,  
Scipio qui cæcis, miseris spes, gaudia mœstis.

<sup>c</sup> Bellorum flammis CONRADUS TERTIUS ardet;

) ( 3 Gloria

Gloria FRIDRICI BARBROSSÆ ad secla superstes:

Sobrius HENRICUS SEXTUS, sed supplicia ASPER,

Tutori defert procerum pars Sceptra PHILIPPO.

Iisdem artibus Pontificum everfus, quibus ille Patrem dejecit comprobans illud: *Ἰαῖς ἀυλαῖς τέχναις ἕς ἀλίσκεται, αἰσθεῖς ἀλωσεν.* Ad sanguinem enim litigavit adversus Papam Paschalem de autoritate per trecentos & sexaginta annos inde à Carolo M. Imperatoribus usurpata, qua Episcopatus & Abbatias per *virgam* seu *baculum* & *annulum* conterebant (*baculo eos fidelitatis pastoralis, annulo desponsatæ sibi Ecclesie admonente*) vulgo *Investiturâ Clericorum*, cum qua dimidium potestatis Cæsareæ amissum fuit. *Paschalis* ab *Henrico* victus ac captus Henrico investituram restituit in pacti confirmationem divisæ hostiæ partem sibi partem Cæsari porrigens, ut dividatur à regno Christi, qui pactum violaret. Sed tamen Papa sententiam retractavit. *Conringium* audiamus disp. de constit. Episcop. §. 55. ita: *Uti Imperatores magnam suæ potestatis jacturam fecerunt tot comitatibus & ducatibus Imperii vel pure hereditariis factis, vel in feudum hereditarium datis; ita non minor hæc jactura fuit jure constituendorum Episcoporum abdicato.* De investitura hac, ceu re maximi momenti & controversia cruenta, scripsere plurimi: *Mattheus Paris, Monachus Albonensis* Histor. Anglican. ad ann. 1512. *Sigonius* lib. X. de Regno Ital. *Abbas Ursbergensis* in Chron. *Robertus*, *Abb. Montensis*, *Otto Frisingens.* *Gotfridus Viderbiens.* *Marsilius Patavinus*, *Krantzius*. Ceteris in bellis infelix. Nec contemni hostem fiducia thesaurorum, hos illi nec ostendi debere, exemplo suo docuit cum Polonis ad Vratislaviam confligens victus. In eo bello *Habdankiorum* origo talis: *Scharbicus Baro legatus Polonus, cum ipsi Henricus V. thesauros, quibus Polonos debellaturus esset, ostendit, annulum de digito detractum thesauro injiciens, addamus, inquit, aurum auro q. d. bello aurum minues, pace augebis; cui Imperator vernacula respondit: Habedancf.* Unde nomen & origo familiæ *Habedankiorum*. Infelix & bello Saxonico, quo rebellantes domiturus stragem 45000. hominum edidit in suis maximam cladis partem expertus. b. Capuam, Cremonam, Ulmam aliâque oppida domuit. Expeditione prima in Italiam ejectum Innocentium P. restituit, secunda Rogerium, Campaniam & Apuliam injuste possidentem, ejecit. Quod Lotharius jus civile Romanum irruptione Longobardorum in Italiam, adhuc deletum, in usum revocaverit, uno ore omnes fere hodie celebrant. Sed cum in veterum monumentis ne *deu* hujus laudabilis instituti extet, merito inter *commenta plausibilia* refert *Conring.* de Orig. juris Germ. cap. 21.

f. &

f. & Antiquit. Acad. p. 94. Irnerius ( vulg. Wernerus ) primus Bononiæ denuo publice id jus docuisse creditur, inde Lucerna Juris dictus; hoc certum, quod seculo XII. disciplinam Juris ex cathedra publica Bononiæ docuerint, non Irnerius tantum sed & Jacobus de Porta Ravennana, Jacobus Balduinus & Azon, quo tempore nempe 1151. & jus Pontificium per Gratianum Monachum in cœnobio felici in eadem urbe conscribi cœpit: Sed tam incertum, quam quod incertissimum, quod autoritate & instituto Lotharii juris civilis vigor in Italiam revocatus sit. c. Bellum contra Henricum Superbum, Lotharii generum, qui proscribitur tamen & ditione propria privatus est: quod ægre ferens Guefus frater Henrici bellum movit: ast victus & ad ditionem, compulsus: quam celebrem, facit Welfi Weinsbergæ obsessi ceterorumque equestris ordinis virorum conjuges, quæ, antequam portæ aperirentur & Welfus in carcerem conjiceretur, petierunt, ut salva dimitterentur portantes de suis rebus, quantum quæque posset, quo impetrato maritos humeris infantesque sinu exportarunt. Imperator hac philostorgia motus omnes libertate donatos convivio excepit. Tunc natæ duæ istæ famosæ & ferales factiones creduntur Gueforum & Gibellinorum Bavaris suum Guefum, Svevis suum Weiblingen in clamantibus, hoc certum, quod ab eo tempore per tria secula Italia in duas has scissa fuerit factiones; qui partes Imperatoris sequebantur, Gibellini quos Itali ab oppido Weiblingen, Conradi Imp. patria sic appellarunt; contra qui Pontificem Romanum sequebantur & hostes Cæsaris erant, Guefii dicti, ut hodiernum apud Italos reliquæ factionum supersint. Adeo leviter factionum ignis inflammatus, sed difficulter extinguitur. d. Ad invictissimum hunc Principem seqq. referunt fidei probatæ historici; Expeditione in Italiam subigit Dertanam Lombardiæ Cispadanæ urbem, Romanos factiosos vincit, Spoletanos ( Umbricæ cis Apennium opp. ) contumaces domuit; insidias Veronensium evitat & punit, Placentinos multat, Genuenses in ordinem redigit, Polonos profligat & annum tributum vindicat, leges castrenses severas sancit, calones, lixas & scorta castris ejicit, Jura Imperii renovat, regalia Imperatorum in Italia & imperio stabilit, scelera graviter vindicat, Mediolanenses ad obedientiam redigit, Jus feudale ordinat, Lubecam ( sub Conrado III. conditam urbem ) imperio adjicit & privilegiis ornat, Jus *εὐχρηστίας*, ( quo ab alienatis fundos certis personis præ aliis justo redimere pretio permittitur, Barb. Jus *prælationis* vel etiam *prærogativæ* nominant ) adauxit, Austriam exornat, Silesiæ pacem reddit, Bohemiæ ducem regio titulo donat, Herbipolin præ reliquis urbibus amat, Daniæ Regem sceptro investit, Henricum Leonem bello Saxonico proscribit & ditionibus suis exuit: ex his Saxoniam ( infer ) Bernhardo Ascaniæ seu Anhaltino Principi, Alberti Ursi filio attribuit, & sertum rutaceum, quo per æstum forte iter faciens coronatus fuerat, in ipsius clypeum projicit, qui Albertus inde primus rutaceum sertum insignibus majorum inseruit.

Henri-

Henricum Palatinum & alios X. Comites Germaniæ propter pacem turbatam,  
 canem vivum humeris portare in comitiis coëgit, id quod olim poenæ genus erat  
 eorum, qui bellum gerente Imperatore quietem publicam bello moto turbarent.  
 Eius tempore propter Ottonem filium à Venetis captum creditur Papa Hadria-  
 nus IV. (musca suffocatus) his imperium maris concessisse, id quod hodiernum  
 solenniter sibi testis adscensionis Dom. annulo in mare projecto despondent.  
 Quod Jus maris cum Venetis aliquando Pontifex in dubium vocaret, responsum  
 tulit: *extare id majusculis literis scriptum in membranarum Donationis Constantini*  
*parte exteriori.* Donatio vero Constantini talis, in qua cæci aliquid viderunt,  
 surdi audiverunt, & muti locuti sunt. Vid. de his Sponsalibus Kirchman. de an-  
 nul. cap. XIX. Illud quod in flumine Cydno aut alio Ciliciæ venis rigore con-  
 strictis lavans perierit; fabulosum videtur. Alexandro M. id periculum olim  
 hoc flumen attulisse, testatur Justinus lib. XI. cap. VIII. De nostro vero *Frideri-*  
*co Ænobarbo*, Imperatore divina ope suffulto, pace, bello inclyto non ausim ci-  
 tra fidem historicam asserere. Vitam ejus scripsit *Güntherus* Ligurinus Poëta. e-  
*Neapolin cepit, Siciliam, Ravennam, Anconam, Hetruriam* domuit, *Cremonenses*  
*& Genuenses* Privilegiis auxit: Bellum Sacrum in Palæstina affectum, sed non  
 perfectum. Sobrietati adeo deditus, ut *Regibus, si suo satis facere officio velint sa-*  
*tis esse debere, si eos Resp. à se ad cœnam dimittat,* dixerit. In victos suppliciis diris  
 sæviit, alios vivos excorians, aliis oculos eruens, aliis ignitas coronas impo-  
 nens. Per conjugium eum *Constantia Rogerii* filia *Gvielelmi* Siciliæ R. consobri-  
 na, Siciliæ Rex & Apuliæ Dux factus fuit easque provincias imperio conjunxit,  
 ea lege, ut *Imperium hereditario jure in familia Ducum Sveviæ maneret.* Ita Impe-  
 rium publico jure hæreditarium factum, cui constitutioni tamen post mortem  
 hujus Henrici VI. odio familiæ Sveviæ hæc fuit opposita: *Nullus Imperator hæ-*  
*reditarium jus in Imperium pretendat. Principes sex, tres Ecclesiastici, tres secula-*  
*res Imperatorem creant, qui si discordes fuerint Regem Bohemiæ tanquam arbitrum*  
*adhibent.* Atque ex eo tempore vigorem nata est Electio per Electores certos.  
 (Rex Bohemiæ tamen perpetuum habet suffragium.) Teutscher Orden ist ent-  
 weder von Keyser Heinrich dem 6. oder Friederich Herzogen in Schwaben einge-  
 setzt / also / daß Edle Ritter sich der Christlichen armen Soldaten / welche damahls  
 in Belagerung Prolemais einer Stadt im gelobten Lande an der Ruhr fränketen /  
 solten annehmen / und ihrer pflegen; der Orden bekam 3. Meister / 1. in  
 Preußen / 2. Liffland / 3. Teutschland / solcher ist auch Albert  
 Marckgraff zu Brand. gewesen.

*DEUS servet ordines bonos!*

Pio hoc in  
neceffe h  
um acerv  
æternæ à  
gulatim,  
malum p

DN

Natam

P

Hoc Evc

CE

Prosper  
ordin

DE M

JO


DE F

ALB

Illuf

Ad qv  
dit

yla,



ore CHRISTO,  
ille tuum.  
ocare & ad fiduciam excitare,  
pendentium, partim prementi-  
ous oculis contuetur. DEO  
us beneficiis, ita & pro hoc fin-  
ac à nobis defendit, sed etiam,  
ertit, ut ex morbo redeunte,  
AC DOMINAM,  
ILIANAM,  
& Hohensteini,  
minam Arnsteti, Sondershu-  
ettenbergæ,  
OPTIMAM,  
RICENTISSIMAM,  
DUCEM.  
fma Schola provinc. Schvvarzb.  
TIUM QVATERNIONI  
ecando, cum duo adolescentes  
mqve inter dubii, precibus tamen  
ur, & quidem  
, OBJECTO, CAUSA  
ovens  
ter / Rudolstadiensis;  
INSTANTIIS SPECTATA  
nitenis  
nater / Rudolstadiensis,  
divinitus roborata manu alumnius  
Græcam annectens  
aj. med. Xma.  
votqvot sua honorifica præsentia  
at, vacat; debita observantia,  
invitat  
ORE  
NER, C. C. P. ConR.  
arologiam.  
ERIANIS, 1680.

